

Concilio apud Vermerias, c. 5. sententia verò habetur in Triburienfi, c. 44. Hæc duæ voces abfunt à Burchardo, & Ivone. Apud Burchardum tamen lib. 19. c. 5. ubi Sacerdos de hoc peccato interrogat pœnitentem, & confilium dat, hæc leguntur, *fi fecisti, ed quod fratrem tuum crimen celasti, septem annos per legitimis feriis pœnitentiam.* In Triburienfi autem, *prudenter arceatur pœnitentia, & condigna castigatio.*

**GRATIAN.** De his verò, qui ignoranter conjunguntur, cetera auctoritates intelligendæ sunt. Unde

**VII. JULIUS** Papa. [fortè c. an. 345. Romæ.] *Ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris usque in septimum gradum nullus ducat uxorem.*

**N**ullum in utroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis, vel uxoris usque ad septimum generis gradum uxorem ducere, vel incesti macula copulari. Præterea quoque illud adiecimus, quoniam sicut non licet cuiquam Christiano de sua consanguinitate; sic etiam nec licet de consanguinitate uxoris suæ conjugem ducere propter carnis unitatem.

**CORR. ROM.** Caput hoc usque ad verſ. *Præterea*, Burchardus, Ivo, & Pannormia, (nam Magister ut Gratianus) citant ex Concilio Aurelianensi, c. 10. Ac sanè in III. Aurelianensi impresso, c. 10. multa leguntur ad rem pertinentia. Reliqua verò hujus Capituli pars in Pannormia (nam ceteri Collectores non habent) ex eodem Concilio refertur: sed à Gratiano sup. XXVII. q. 2. c. qui deſponſatam, tribuitur Gregorio.

**VIII. ITEM EX CONCILIO AGATHENSI,** c. 61. [an. 506. in Gallia.] *Incestuosus nullo sunt digni nomine conjugii.*

**D**E incestis p conjugationibus nihil prorsus venia referamus, nisi cum adulterium separatione fanaverint. Incestuosos verò nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est. §. 1. Hæc enim a censuris esse: si quis relictam fratris (que penè prius foror extiterat) carnali conjunctione polluerit: si quis frater germanam uxorem accepit: si quis novercam duxerit: si quis consobrina suæ se sociaverit: si quis relicte, vel filia avunculi miscerit, aut parvi filia, aut privignæ suæ: aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit, concubitu polluerit, aut duxerit uxorem. Quos omnes & olim, & nunc sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, & inter Catechumenos usque ad legitimam satisfactionem manere, & orare præcipimus. Quod ita præsentis tempore prohibemus, ut ea, quæ sunt hæcenus constituta, non dissolvamus. §. 2. Sanè, quibus conjugio illicita interdicitur, habebunt & inveniendi melioris conjugii libertatem.

**CORR. ROM.** *Hæc enim.* Ita est in Agathensi. In Arelatenſi autem III. c. 2. (ubi idem repetitur) & apud Ivonem hæc conjunguntur cum superioribus, & legitur, *hos esse.* In Epaunenſi, c. 30. (in quo idem tractatur argumentum) ductus orationis longè diverſus est. In secundo autem Turonico, c. 22. (ubi refertur caput illud Concilii Epaunenſis) ita scribitur: *Incestus verò, nec ullo conjugii nomine predicandus, præter illos, quos dinumerare jureſturm est, hos esse censemus.* In Capitularibus adjectis, c. 200. sunt nonnullæ partes hujus Capituli ex Epistolis Gregorii Papæ Bonifacii Archiepiscopi Moguntino missis.

**Hæc enim.** Sic in Agathensi, & apud Ivonem. In Epaunenſi legitur, *non habebunt.* Sed in Turonico, in quo citatur Epaunenſis, *habebunt.* Sic etiam inf. g. VIII. c. hæc salubriter, ex Gregorio. In Capitulari autem indicato plenius hæc sententia exponitur: *Sed quibus illicita conjunctio interdicitur, nisi hi sunt, quos sanctorum Patrum decreta conjugio copulari prohibent, habebunt inveniendi melioris conjugii libertatem.*

**PITH.** *Deputandos.* V. C. præcelandos. *Sua.* Sobrinæque, can. 10. Synodi Aurelian. can. 30. Epaun. *Et nunc.* V. C. atque. *Non.* Abest in 2. V. C.

**IX. ITEM EX CONCILIO ILERDENSI,** c. 4. [an. 524. in Hispania.] *Incestuosus usque ad satisfactionem excommunicatur.*

**D**E his, qui incesti pollutione se maculant, placuit, ut quousque in ipſo detestando, & illicito carnis contubernio perleverant, usque ad Missam tantum Catechumenorum in Ecclesia admittantur: cum quibus etiam nec cibum sumere ulli Christianorum, sicut Apollolus iussit, licet.

**X. ITEM GREGORIUS** Papa ad Felicem Messana civitatis Episcopum, lib. 12. Epist. 31. [fortè an. 604. Romæ in Sicilia.] *Nullus ducat in uxorem à consanguineo cognitam, vel aliqua pollutione maculatam.*

**N**ec eam, quam aliquis ex propria consanguinitate conjugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculavit, in conjugium ducere ulli profectò licet Christianorum, aut

<sup>1</sup> Sent. 4. <sup>2</sup> Burch. l. 7. <sup>3</sup> Ivo, p. 9. c. 49. <sup>4</sup> Pann. l. 7. <sup>5</sup> c. 79. <sup>6</sup> al. communi. <sup>7</sup> c. 79. <sup>8</sup> Sup. XXVII. <sup>9</sup> q. 2. qui deſponſatam. <sup>10</sup> Et in Arelat. III. c. 2. in Epaunenſi, c. 30. <sup>11</sup> In Turonico II. c. 22. <sup>12</sup> In Cap. adjectis, c. 200. <sup>13</sup> Burch. l. 7. c. 4. <sup>14</sup> Ivo, p. 9. c. 25. <sup>15</sup> c. 40. <sup>16</sup> al. Incestos. <sup>17</sup> al. atque sub hac. <sup>18</sup> al. inſtituta. <sup>19</sup> Joan. Diaconus in vita B. Gregorii, l. 2. c. 37. <sup>20</sup> Beda l. 1. Hst. p. 27. <sup>21</sup> Hugo de S. Viâ l. 2. p. 11. <sup>22</sup> Sent. 4. diſt. 40. <sup>23</sup> Ivo p. 9. c. 6. <sup>24</sup> Burch. l. 7. c. 19. <sup>25</sup> Pann. l. 7. c. 56. <sup>26</sup> Anſel. l. 10. c. 21. <sup>27</sup> Polyc. l. 6. tit. 4. <sup>28</sup> Epist. 31. <sup>29</sup> al. docere vitare. <sup>30</sup> l. Cor. 3.

**Quod si fecerint, separantur.** Hæc non habentur, nisi apud Burchardum. Apud B. Gregorium, Anselmum, & Ivonem sequuntur conjunctè cum superioribus verba Capituli, nec eam, sup. ead.

**XVII. ITEM NICOLAUS** Papa II. Amalphitanæ Ecclesie Suffraganeus. [an. 1059. Romæ in Apuliam.] *De eodem.*

**D**E consanguinitate sua uxorem nullus ducat usque post generationem septimam, vel quousque parentela cognosci poterit. §. 1. Laicus verò uxorem simul & concubinam habens non communicet Ecclesie.

**XVIII. ITEM EX CONCILIO WORMACIENSI,** c. 32. [an. 868. in Germania.] *Quousque inter alios generatio recordatur, aut in memoria retinetur, sibi invicem non copulentur.*

**I**n copulatione fidelium, generationis numerum non definitur: sed id statuitur, ut nulli Christiano liceat de propria consanguinitate, seu cognatione uxorem accipere, usque dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria retinetur.

**XIX. ITEM EX CONCILIO LUGDUNENSI,** c. 712. [an. 812. in Anglia.] *Ex propinquitate sui sanguinis usque ad septimum gradum nullus ducat uxorem.*

**N**ullus ex propinquitate sui sanguinis, usque ad septimum gradum uxores ducat: neque sine benedictione Sacerdotis. Qui autem nuptur erunt; à Sacerdote benedicti nubere audeant, nec aliter præsumant.

**CORR. ROM.** Ceteri etiam Collectores citant ex Lugdunensi. In nonnullis Gratiani codicibus est, *ex Lugdunensi.* B. Bonifacius in Epistola ad Zachariam Papam mentionem facit Synodi Lugdunensis habitæ à discipulis B. Gregorii, in qua de incestis aliquid fuerat. Simile habetur in Capit. lib. 6. c. 128. In Concilio etiam Remensi Trolesiano, c. 8. inter alia multa, leguntur hæc. *Et alibi est in Canonibus præceptum, ut nemo usque ad affinitatis lineam, & propinquitatem sui sanguinis connubia ducat: neque virginibus sine benedictione Sacerdotis quis nubere præsumat.*

**PITH.** Nulli. Vide lib. 3. Legis Wisigoth. tit. 5. lib. 12. tit. 2. c. 6. & Capitul. lib. 6. c. 23.

**GRATIAN.** Præmissis auctoritatibus quique prohibetur à conjunctione consanguineorum usque ad septimam generationem. Sed objicitur illud

**XX. GREGORIUS** ad Augustinum Anglorum Episcopum, c. 6. [an. 604. Romæ in Anglia.] *Anglis permittitur, ut in quarta, vel in quinta generatione copulentur.*

**Q**uædam Lex terrena in Romana Rep. permittit, ut si fratris, & fororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duorum fororum filius, & filia miscantur. Sed experimento didicimus ex tali conjugio sobolem non posse crescere: & sacra Lex prohibet cognationis turpitudinem revelare. Unde necesse est, ut in quarta, vel quinta generatione fidelium licenter sibi conjungantur. §. 1. Sed idem humillimus pater Gregorius post multum temporis à Felice Messanæ Siciliæ civitatis Præfule requisitus, utrum Augustino scripserit, ut Anglorum in quarta generatione contracta matrimonia minime solverentur, inter cetera talem responſionem reddidit. [Quod scripsi Augustino Anglorum gentis Episcopo, alumno videlicet, ut recordatis, tuo, de sanguinis conjunctione, ipsi, & Anglorum genti, que nuper ad fidem venerat, ne à bono, quod cœperat, metuetudo averteretur, recederet; specialiter, & non generaliter ceteris me certissime scripſisse cognoscat. Unde & mihi omnis Romana civitas testis existit. Nec ea intentione hæc illis scriptis mandavi, ut postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inventi fuerint, non separantur, aut infra affinitatis lineam, id est, usque ad septimam generationem jungantur. Sed adhuc illos neophytos existentes, fastidisse eos prius illicita docere, & verbis, ac exemplis intrinsece, & que post de talibus egerint, rationabiliter, & fideliter excludere oportet. Nam juxta Apollolum, qui ait: *Luce dedi vobis potum, non escam:* ista illis modò, non postea, ut præxum est, temporibus tenenda indulgentia; ne bonum, quod infirma adhuc radice plantatum erat, erueretur, sed aliquantum firmaretur, & usque ad perfectionem custodiretur.]

**CORR. ROM.** Verba hujus Capituli usque ad verſ. *Sed idem* sunt apud B. Gregorium. Verum simul hæc, & sequentia sunt apud Joannem Diaconum in vita B. Gregorii, lib. 2. c. 38. al. 37. Hugo, Burchardus, Ivo, & Pannormia citant, *ex Epistola Joannis Constantinopolitani Episcopi ad Felicem Episcopum Siciliæ.* Recitant præterea hæc eadem B. Gregorius verba in duabus Epistolis Alexandri II. una, que refertur ab Ivone p. 9. c. 6. & in Pannormia Pars I.

**ILLUD** Gregorii, & Julii Papæ intelligitur de consanguinitate viri, vel uxoris; ut post mortem alicujus eorum nulli de cognatione defuncti superites matrimonio copuletur. Demonstratum est, usque ad quem gradum quisque à propria consanguinitate, vel cognatione suæ uxoris abstinere debeat.

**Quare usque ad sextum gradum Consanguinitatis, conjunctio, &c.** 433

**a In quarta.** Apud B. Gregorium, nec multò fecus apud Joannem Diaconum est, *necesse est, ut jam tertia, vel quarta generatio fidelium licenter sibi jungi debeat.* Nam secunda, quam diximus, à se omnino debet abstinere, & hoc modo recitatur in Epistola Alexandri inf. g. 5. c. ad sedem. *hanc computationem.* In altera tamen ejusdem Alexandri Epistola, que proxima superiore notatione est indicata, legitur, *jam quarta, vel quinta.* Et hanc lectionem secutus est ille, qui hoc loco casum apposuit.

**PITH.** *Quædam Lex Romana.* In Cod. Th. sit. de incest. nupt. ubi hodie deest.

**ITEM** objicitur illud **GRATIAN.**

**XXI. CABILONENSIS CONCILII** [in Moguntinensi c. 54. an. 813. in Germania.] *In quinta, vel sexta generatione nullus amplius copuletur conjugio.*

**C**ontradictum, ut in quarta, vel in quinta, sextaque generatione nullus amplius conjugio copuletur. Ubi autem post interdictum factum fuerit inventum, separatur. **CORR. ROM.** Ex Cabilonensi citant ceteri etiam Collectores, & Hugo. Extat lib. 5. Capit. c. 99. Exceptis autem verbis illis, vel quinta, sextaque, reliqua ferè eadem leguntur in Concilio Moguntino sub Carolo, cap. 54. & altero Moguntino sub Rabano, cap. 30. & in Wormacienſi in priorè parte Canonis 78. Nam posterior pars est, c. *Jamè consanguinitas*, supra allatum.

**H**æc auctoritate, dum sexta generatione interdicitur conjugium, in septima permitti videtur. Sed gradus cognationis secundum quosdam variè computantur. Alii namque patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alii primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum una caro probentur pater & filius. Auctoritates ergo, que consanguinitatis copulam usque in septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu: ille verò que usque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant: atque ita fit, ut eadem persone secundum hanc diversitatem inveniatur in sexto, vel septimo gradu. §. 1. Item illud Fabiani, quo affines in quinta generatione copulari jubentur, videtur esse contrarium illi decreto Julii Papæ. [Sicut non licet ulli Christiano de sua consanguinitate uxorem ducere; sic etiam non licet de consanguinitate uxoris suæ conjugem ducere propter carnis unitatem.] Similiter etiam invenitur contrarium illi capiti Gregorii. [Nec eam, quam ex propria consanguinitate conjugem habuit, &c.] Sed illud Fabiani intelligendum est de duobus fororibus, vel personis inter se affinitate copulari jubentur, videtur esse contrarium illi decreto Julii Papæ. [Sicut non licet ulli Christiano de sua consanguinitate uxorem ducere; sic etiam non licet de consanguinitate uxoris suæ conjugem ducere propter carnis unitatem.] Similiter etiam invenitur contrarium illi capiti Gregorii. [Nec eam, quam ex propria consanguinitate conjugem habuit, &c.] Sed illud Fabiani intelligendum est de duobus fororibus, vel personis inter se affinitate copulari jubentur, videtur esse contrarium illi decreto Julii Papæ.

**XXII. IDEM PASCHALIS** Papa II. Regino Episcopo. [c. an. 1107. Romæ in Calabria.] *Duorum consobrinorum conjuges uni, eisdemque nubere non possunt.*

**P**otro duorum consobrinorum conjuges, quamvis diversis temporibus, viro uni alteram post alterius obitum nubere, ipsa præter auctoritatem Canonicam, publice honestatis justitia contradicit. Et novit Prudentia tua, quia ita ab uxoris, sicut à viri consanguineis abstinendum est.

**ILLUD** Gregorii, & Julii Papæ intelligitur de consanguinitate viri, vel uxoris; ut post mortem alicujus eorum nulli de cognatione defuncti superites matrimonio copuletur. Demonstratum est, usque ad quem gradum quisque à propria consanguinitate, vel cognatione suæ uxoris abstinere debeat.

**QUARE USQUE AD SEXTUM GRADUM CONSANGUINITATIS, CONJUNCTIO PROHIBETUR.**

**QUÆSTIO IV.**

**M**odò queritur, quare usque ad sextum gradum consanguinitatis, conjunctio prohibetur. De his ita scribit

**I. ISIDORUS** Etymologiarum, lib. 9. c. 6. [c. an. 630. in Hispania.]

**GRATIAN.** Ex August. l. 15. de Civit. Dei, c. 16.